



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

4. Paupertas amicis, rebus necessarijs, & ope aliena videtur carere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

IV.

Plures sunt causæ, cur paupertas mala censeatur, non enim tantum amicis caret, qui nummis caret, ; non tantum destituitur necessarijs rebus ad vitam sustentandam; nec tantum despicitur; aut odiosos facit; sed etiam alijs malis obruitur, ob quæ merito despici videtur. Nam paupertas causa est malæ educationis liberorum. Paupertas est multorum grauium criminum occasio. Paupertas ipsas virtutes facit steriles. Paupertas reddit homines hominibus ob furta, & latrocinia abominandos. Paupertas homines ad blasphemandum impellit, & adigit ad laqueum atque extremam desperationem. 1. Quod amicis careat pauper, Salomon docuit illis verbis: *Diuitia addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi, quos habuit, separantur.* Quod Poëta ita expressit,

Prov. 19. 4. 5.

mon docuit illis verbis: Diuitia addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi, quos habuit, separantur. Quod Poëta ita expressit,

Cum fueris felix, multos numerabis amicos:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Prou. 14. 20.

Quin vt idem Salomon dixit: *Fratres hominis pauperis, oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici verò diuitum multi.* 2. Quod rebus necessarijs careat, idem testatur. *Redemptio animæ viri, diuitia sue: qui autem pauper est, increpationem non sustinet,* nihil potest militi importunè petenti, obfipare; nullo munusculo lenire ferocientem exactorem; non se à seruitute, non à vinculis captus, non à tyrannide liberare oppressus. 3. Hoc ipso, quia pauper amicis caret, despicitur, & ita inops est, vt ope careat etiam aliena: Hinc illud:

Prou. 13. 8.

Redemptio animæ viri, diuitia sue: qui autem pauper est, increpationem non sustinet, nihil potest militi importunè petenti, obfipare; nullo munusculo lenire ferocientem exactorem; non se à seruitute, non à vinculis captus, non à tyrannide liberare oppressus. 3. Hoc ipso, quia pauper amicis caret, despicitur, & ita inops est, vt ope careat etiam aliena: Hinc illud:

Martial.

Pauper eris semper, si pauper es, Emiliane:

Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

Et alterius Poëtæ.

Ouid. lib. 1.
Fast.

In pretio pretium nunc est: dat census honores,

Census amicitias, pauper ubiq, iacet.

Iuuenal. Sa-
tyr. 3.

Denique

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat

Res angusta domi.

V.

4. Paupertas idcirco est malæ educationis causa, quia deest didacticum, quod detur magistris dicentibus:

Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo:

Plutarch. in
Aristidis &
Catonis
comp.

deest peculium, quod detur pædagogis, frustra non seruientibus, deest argentum, quod detur opificia docentibus. Hinc, teste Plutarcho, Aristidis Atheniensis indigna paupertas, liberos eius partim ad